

terium itaque *κτῆμα* fuit *Sigismundi* Archiducis lineae *Tyrolensis* ultimi, qui a. 1448. *Eleonoram Jacobi I. Scotiae* Regis Filiam uxorem duxit, a. 1480. defunctam, unde et tempus innotescit, intra quod exscriptum fuit. *Sigismundum* hunc cum uxoribus suis earumque Scutis gentilitiis videre est P. I. T. III. *Monum. Austr. Tab. M.* seu XII.

XXXVI. VIII. 27.

288 Codex membraneus lat. theotifcus Sec. XI. Folior. nunc 235. f. per duas columnas eleganter exaratus, rubricisque distinctus complectitur I. *Translationem Psalterii Teutonicam* a *Psalmo* I. ad L. et interjectis quibusdam aliis, a *Psalmo* CI. usque ad finem, ita, ut, quod maxime dolendum, *Psalmi* L. e medio desint. *Lambecius* ὁ πᾶν *Translationem* hanc L. II. p. 757. fufe persecutus non dubitavit eam *Otfrido* Monacho *Wizanburgensi* adscribere, sed *Bern. Franckius S. Galli* Coenobita et Bibliothecarius in *Dissert.* praefixa ejus editioni T. I. *Tbes. Antiquit. Teut. Schilter.* solidis nixus rationibus eam retulit ad *Notkerum Tertium* seu *Labeonem*, S. *Galli* itidem Coenobitam, qui annum 1022. supremum vitae habuit. Mihi quidem, ut ne repetam utriusque argumenta, quae *loc. cit.* in promptu sunt, vel solus *Paraphraetae* nostri *Teutonismus Otfridiano* faciliior intellectu, ideoque recentior facile persuasit a *Franckii* partibus veritatem stare.

Quare miror, Editores *Notarum Schilteri* T. *suprac.* p. 90. ubi *Variantes Cod. nostri* *Lectiones* in *Psalmo* XLI. exhibentur, *Otfridi* nomen non fustulisse. Cum porro *Lambecius* L. II. p. 461. *Psalmum* I. *Diedericus* vero *von Stade* in *Specim. Lectt. antiq. Francic.* p. 30. *Psalmum* XLII. e *Cod. nostro* repraesentaverint, ne prorsus ἀσυμβολός discedam, *Psalmum* CL. omisso *Textu latino*, insertisque *Edit. Schilter.* Variantibus adscribam.

Lobit (*Lobont*) *got chuit* (*chit*) *der propheta an sinen beiligen* (*heiligon*) *celezziſt* (*ze lezeſt*) *in sinero burc* (*burg*) *gſaminoton* (*keſamenoten*) *Lobit* (*Lobont*) *an dera* (*dero*) *feſti ſinero chreſte.* *An den beiligen ſkinit* (*skinet*) *danne uuio* (*uuico*) *feſti* (*feſte*) *ſin chraſt iſt.* *Lobent* (*Lobont*) *in an ſinero mabte*, *unde an dera menigi* (*dero manigi*) *ſinera michila* (*ſinero micheli*) *Lobit* (*Lobont*) *in in alla uuis. ſingendo. plasendo. chlocchendo. ſeiten ſprengendo.* *Lobit* (*Lobont*) *in mit cimbon* (*zymbon*) *uuola ſklelenten* (*skellentent*) *unde guoten chblanc* (*chlanch*) *habenten. daz ſint unſera* (*unſere*) *leſſa, ſo ſi* (*ſie*) *got mit anidabti* (*indahtigi*) *lobent* (*lobont*) *Elliu* (*Alliu*) *geiſtlichiu natura lobe* (*loboe*) *unſeren trobtinen* (*truhtenen*) *Diu fordirſta* (*forderoſta*) *giſcaſt* (*creatura*) *lobe in.*

Post *Psalmum* itaque L. ut supra monui, interjecta est *fol. 103. Fidei christiana Professio* mere theotifca, quae incipit: *Ib intſago mib demo tiufeli unde allen ſinen*

nen uuerchen. unde allen sinen Zierden. unde fergibo dir trobtin got almabtiger. scalclichero (famularum) geborsami &c. et fol. 105. finit: nu hilf aua (vero) du filo gnadige herro allen minen ungelouben. Descensus Christi ad limbum sic exprimitur: *Ib glouba daz diu sin heiligsta sela do fone demo lichnamen ze belli nider fuor* &c. Prolixior est haec Formula omnibus a *Schiltero T. suprac.* adlatis, et ex hoc *Cod.* extat in *J. G. Eccardi Append. ad T. II. Comment. de Reb. Francia Orient. p. 935.*

Eam excipit fol. 105. alia inscripta minio: *Confessio*, quae post 3. integra folia deficit in his verbis: *sliz gotes dieneftis. alles gotes* —. Initium ejus, et quasi continuatio superioris est: *Nu ne han ib filo sundiger mennisco leidir mir ne heime uuis rebte chriстенlicho in guotemo lebenna* &c. Confessionem mox *Pigibeda*, dolorem *Riuuua*, absolutionem *Antlaz* adpellat, nullaue Sanctorum mentione facta totum ad Deum dirigit. Abit haec *Formula* ab iis, quas feu adfert, feu citat *Schilterus*, et extat apud *Eccard. l. cit. p. 938.*

Fol. 108. resumuntur *Psalmi*, ut dixeram, quorum ultimo, quem superius dedi, eodem fol. 212. quin eodem versu adtexta est *Homilia in Lucae C. X. v. 1.* quae incipit: *Daz euangelium zelit uns. daz unser herro ihesus christus zuo den heiligen boton imo iruueltti sibinciz. unta ziuueni iungerun. der er ie ziuueni. unte ziuueni. fure*

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

sante mit sinera predige in iegiliche burch unte stat. dare er selbi cho-men uuolti. &c. Deficit in verbis: daz si denno den tarent. (nocent) den si frume scolten —. Et continuo

Fol. 213. sequitur *Canticum Isaiiae, Ezechiae, Annae, Moysis Exod. 15. Habacuc, et Moysis Deut. 32.* quorum initia jam praecipit *Lambecius L. II. p. 759.* quaeque *Schilterus* etiam cum *Psalterio* impressa dedit e *Cod. Lubertino.*

Fol. 226. *Oratio Dominica.* Cum apud *Schilt. e Cod.* mox dicto, tum e nostro apud *Lambec. L. II. p. 462.* et *Diet. von Stade l. cit. p. 14.* *Lambecius* tamen, nescio cur, in fine subiecit locum *Notkeri*, qui non ad *Orationem Dom.* pertinet, sed ingressus est ad *Symbolum Apostolorum*, quod pone sequitur. *Disen salmon heizen uuir giuuerf* (Gewerfa *συμβαλλω*) *uuanda in die heiligen poten gisaminoten. unde cesamine giuurfen* &c. *Symbolo* succedunt *Canticum Zachariae, Mariae* et *Symbolum Athanasio* tributum, quae omnia quidem e *Cod. Luberii Schilterus* prodidit, quemadmodum e *Noströ Eccardus l. cit. p. 930.* qui tamen *Cantica* omisit.

Fol. 232. *Symbolo* continuo adscripta est *Homilia in Matthaei C. XX. de Operariis in Vineae.* Quantum ex ea dedit *Lambecius p. 760.* tantum remensus est *Schilterus p. 76.* Idque cum superius adducta *Homilia* fecit, et cum ea, quae praesentem excipit, estque in *Lucae C. VIII. de Semi-*

F

nante

nante. Adest praeterea quartae *Homiliae in Lucae C. XVIII.* de Caeco Hierichuntino Fragmentum, de quo nihil *Lambecius*. Incipit illud: *Daz euangelium zelit uns daz unsere herro der filid fuor zi dere martyri do chom er zi dere burgi hiericho da sut ein plinte pi demo uuege unte bat kidanone &c.* et cum praecedentibus editum est a saepe dicto *Eccardo* p. 941.

Sed praetereundae non sunt *Membranae* duae *Codici* praetextae, quibus IV. *Exhortationum* Fragmina continentur. Prima, quae Col. 1. occupat, egisse videtur de Luctu funebri temperando. Quod superest, incipit: *den fremeden istorbenen lichena men ze unfer ebene. odar unferin chint. odar unfer — ral ster bent so klagun uuir siu uile harte. unde — irn lange in manigere furiburu &c.* Altera, quae Col. 2. legitur, bona opera et fugam peccatorum urget, hoc initio: *Alle gotes bolden sculin fol sten in den guoten uuerchen &c.* Peccata graviora adpellantur *die boubithaftigen*, leviora *die in demo fure furbrennet magen uuerden. also holz unde beuue. unde balma.* Tertia, quae Col. 3. et 4. tenet, Mandata divina exponit: *Mina liebistun brudera nu fernemet dei gotes kebot. Ir sculit zallereriste got minon &c.* Fine manca est. Ultima, quae reliquas 4. Colum. conficit, ad Viduas directa est, sed initio et fine caret. Residuum incipit: *uone allen mennicken. so diu eimen habeta. Manige uuituuun.*

uuaren in demo zite belig. dere neben ne karneta imo ira disgribten. uuane diu eina. diu kefta imfieng in den notin dere bunker iare &c. *Karneta* praeparabat, *Disgribten* fercula interpretor. *Otfrido* haec omnia posteriora esse, stilus facile evincit; an vero etiam ad *Notkerum* referenda sint, mihi faltem non liquet. Opportunissimum tamen esse hunc *Codicem* ad ditanda veteris linguae Glossaria facile dabunt *Φιλοτευτονοι*, et agnovit *Eccardus*, qui haec ipsa ultima Fragmenta, ut quidem putabat, *Homiliam in Dom. XVI. post Trinit.* constituentia l. cit. p. 946. juris publici fecit.

XXXVII. VII. A. 6

Codex membraneus lat. germ. 24
Sec. XIV. Folior. 157. f. max.
nitide exaratus continet:

I. *Psalterium Davidicum* et *Cantica Isaiae, Ezechieae, Annae, Moysis* utrumque et *Habacuc*, latino-germanice alternis versibus, ita ut latinus textus atramento, interpretatio vero minio scripta sit ad hunc modum: *Beatus uir qui non abijt in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit: et in cathedra pestilencie non sedit. Selic ist der man der nicht gangen ist in dem rate der losen vnd in dem wege der sunder nicht gestanden ist: vnd in dem geseze der spotter nicht gesezzen ist. Sed in lege domini uoluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Sunder in der. e. gotes sin wille: vnd in sner. e. trachtet er tag vnd nacht. Prosequar*